



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thomæ A Kempis Canonici Regvlaris Ord. S. Avgvstini De Imitatione Christi Libri Qvatvor

Thomas <von Kempen>

Antverpiæ, 1617

Sanctissimo Domino Nostro Pavlo V. Pont. Max. Beatitatem P P.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45760](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45760)

P. P. Capuionum Paderbornensis

SANCTISSIMO
DOMINO NOSTRO
PAVLO V.
PONT. MAX.
BEATITATEM

*P. P. ex lib. J. G. Freytag
1738.*



QUARTVS iam an-
nus agitur, PA-
TER SANCTIS-
SIME, cum vetus
Romanum Martyrologium,
quod Illustrissimus Cardina-
s Baronius diu desiderave-
rat, è Belgio Romam transmisi-
tum. ANCTITATI VESTRAE de-
dicatum. Anhelabat videlicet

* 2

ad

ad suum fontem riuus, ad So-
lem radius, ad cælum fidus.
Quod Româ igitur olim pro-
fectum, & in diuersas orbis
partes sparsum fuerat, velut
fidele diuesque deponitorium
seruauit Belgium: cumque
iam multis annorum centuriis
densâ obliuionis caligine ia-
cuisset obductum, ex eodem
Belgio in apertum prodiit.

Semestre iam spatium la-
bitur, cum Caietanus Abbas
S. Baronti Thomam Kem-
pensem Belgam Romam euo-
cauit, in ius traxit, & religio-
sum virum peculio suo, quod
duobus pænè sæculis obtinue-
rat, ex improuiso nudare, ma-
nupretio priuare, imò vitâ
postumâ (quam illi benigna
Fama

Fama non inuidit) spoliare
conatus est.

Equidem gaudeo in eâ vr-
be hanc violentam manus in-
iectionem factam , vbi totius
orbis cardo vertitur , vbi iusti-
tiæ tribunal , æquitatis sedes
ob omni æuo fuit. Quod enim
à D. Petro in hunc diem in au-
ctorum censendis libris Roma
iudicium tenuit , quod Chri-
stianus orbis suscepit , non est
viri Catholici , non religiosi,
declinare. Detulit superiori-
bus mensibus Dominus Con-
stantinus causæ suæ non tam
iudicium quàm patrocinium
SANCTITATI VESTRAE. Ego
verò contestationē amplector,
& æquitati causæ meæ confi-
sus , vel eum iudicem eligo,
* 3 quem

quem aduersarius patronum
sibi delegit. Vindicias itaque
Romæ postulo, & Thomam
nostrum liberali manu asser-
tum Romæ sisto; ne aut defu-
gisse auctoritatem viderer, ad
quam aduersarius confugit,
aut patriæ potius quàm veri-
tatis rem gessisse.

Et quidem eâ moderatione
me nactum esse Pontificem
gratulor, quo non minùs Bel-
gæ quàm Italo Romæ ius di-
citur; vt non magis vrbs,
quàm orbis Pontificem æquū
parentemq; habeat. Viuit et-
iam nunc in posterorū animis
PAVLI I. beneficium, quòd
Sanctorum reliquias, sine ho-
nore, sine titulo in semirutis la-
tentes & occultas cœmeteriis,
in

in apertum Solem lucemque
produxerit, ornarit aris, hono-
rarit memoriis: SANCTITATI
VESTRAE, PAVLE V. gratula-
bitur posteritas, quòd plurima
sanctorum virorù monumen-
ta auspiciis tuis è tenebris eru-
ta lucem adspiciant; quòd Ro-
ma suum vetus è Belgio Mar-
tyrologium, TE PONTIFICE
receperit; quòd Belgium, suum
Româ Thomam pristinae li-
bertati assertum TE IVDICE
vindicarit. Antuerpiæ, è Do-
mo Professâ, XXVIII. Martij,
anno M. DC. XVII.

SANCTITATI VESTRAE

deuotus in Christo filius

HERIBERTVS ROS-VVEYDVS
Societatis I E S V.